injurii eſſe nimis in diſſentientes è Noſtratibus. Notum enim eſt, quomodo in exceſſum inclinaverint Tübingenſes, ſtatuentes, in ſtatu etiam exinanitionis humanam Chriſti naturam revera exercuiſſe communicatam poteſtatem divinam, quanquam occultè; Et contrà, quomodo per defectum à nobis ſeceſſerint Heimſtadienſes eorumque aſſeclæ, negando, in ſtatu etiam exaltationis humanam Chriſti naturam eſſe omnipræſentem.

Reſp. De Tübingenſibus 1.) audi *B. Hülſemannum* benigne ſatis judicantem *in Prælect. in F. C. p.* 333. *Qvandoqvidem*, inquit, *communis* (omnium Noſtratium) *doctrina fuit, idiomatum communicationem*

cæ-